



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

SS. Pergentivvs & Lavrentivvs. MM. 3. Junii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

Verba quàm plurimùm valent, maximè si propinquus, aut amicus ea opportunè dixerit. Mutua necessitudo amicorum salutis, & Dei gloriæ seruiat. Si verè amaveris quemquam, fac, ut & ipse Deum amet, & ametur à Deo.

2. Bona vita hortatio est validissima, potest certè allicere scelestos omnes ad meliorem vitam. Nunquid exemplum tot piorum hominum, qui fideliter seruiunt Deo, utiliùs est convertendis peccatoribus; quàm comptæ concionatorum orationes? Charitas, mansuetudo, humilitas, divitiarum, ac voluptatum contemptus, ea ipsa sunt, quæ peccatores ad emendationem vitæ & morum traducunt. Sic Apostoli vitæ integritate plures adjunxerunt sibi, quàm Philosophi doctrinæ magnificentia. *Nec tantos inveniunt verba discipulos, quantos Christiani factis docendo.* Tertul.

3. Tolerantiæ demùm efficacius, quàm verba, & aliæ actiones virtutem suadent. Martyrum cruciatibus infinitorum hominum debetur conversio. Patienter feras levitatem fortunæ, & hostium arrogantiam; hac siquidem ratione conversionem perficies tuam. *Ad erudiendum populum nullorum utilior est forma, quàm martyrum eloquentia.* S. Leo.

---

## SS. PERGENTINVS & LAVRENTINVS. M M.

3. Junii.

B b 4

Vos



*Vos autem curam omnem subinfe-  
rentes, ministrare in fide vestra  
virtutem: in virtute autem sci-  
entiam: in scientia autem absti-  
nentiã: in abstinentiã autem pa-  
tientiam: in patientiã pietatem:  
in pietate amorem fraternitatis: in  
amore fraternitatis Charitatem.*

2. Pet. 1. cap. v. 6.

**N**on minus sanctũ, quàm nobile par fra-  
trũ Pergentinum & Laurentinum aspi-  
cis, quorum nomen Aretini Cives, ad Ti-  
burtium Pietatis hostem delaturi hæc accu-  
sationis capita habuere: ludum litterarium  
eos quotidie frequentare; rimari arcana  
Phylosophiæ Christianæ; & jam privatim  
exercere magisterium ejusdem sectæ; id si  
publicè audeant, neminem fore quem non  
eloquentiã sine corrupturi. Tiburtius pro-  
pria confessione convictos, inviolatos ta-  
men abire passus est, tanto nequior, quan-  
tò blandior. Nihil deinde de more suo re-  
mittentes, cædi fustibus jussit, plagisque  
oblatu-



obfaturatos inediâ plecti. Tridui jejunio  
 maceratis Angelus mensam struxit de coe-  
 lesti penu cellaque; cujus delicias qui gu-  
 stet, sentiat profectò, obsonare famem tan-  
 ti fuisse. Allapsa simul caelo lux, & sponte  
 laxatis carceris foribus, Christianis cum  
 Pergentinâ sorore ad captivos via patuit;  
 sed ij coeli nectare ebrijs fugam suadere ag-  
 gressi frustra fuerunt. Carnificum contra  
 ad mortem eos evocantium suavissimæ vo-  
 ces visæ; quam priusquam oppeterent, sax-  
 eam Jovis statuam ardore precum suarum  
 in modum ceræ coëgerunt liquefcere. il-  
 lustre miraculum, inquires, imitabile tamen:  
 Potes tu quoque Bacchum, Venerem, aliâq;  
 improbæ mentis idola precibus extinguere.

Ex Suetio.

## MEDITATIO

*De quibusdam præcipuis lectioni-  
 bus addiscendis in schola Christi.*

I. **L**ectio Epicureorum in schola mundi est:  
*Lede, bibe, lude*: & illa appendix hujus regulæ  
 mundi, infallibiliter eveniet, *post mortem nulla vo-  
 luptas*. Nihil enim supererit in altera vita præter  
 Ah! & Væ! Lectio autem in schola Christi prima  
 est: *si quis vult venire post me, abneget semetipsum &*

B b 5.

collat



*sollas crucem suam quotidie. Matt. II. qui hanc didicerit, illi in præmium obtinget liber vitæ, in quo Alphabetum exaratum est, cujus Alpha & omega Deus. Omega quidem finis patiendi: & alpha initium gaudendi.*

2. Altera lectio in scholâ Christi est: *Abstine sustine.* hanc regulam edocti ambo discipuli Pergentinus & Laurentinus doctoratûs cum martyrio lauream obtinuerunt; *abstinuerunt* inedia à tyranno emacerati: *sustinuerunt*, plagis pro cibis saturati, quamvis non ita jejunio enervati sint, ut Saxeum Jovem non colliquescere fecerint, cælestibus epulis, terrestrium vice, amborum vires restaurantibus. Carni non indulgeas ut cœlestia sapias. *Incrassata caro, gustat caelestia vana.*

3. Tertia lectio in schola Christi est: *Vera scientia consistit in duobus punctis, nimirum quod Deus sit omnia, & homo sit nihil.* S. Laurent. Justinian, ingemina cum S. Francisco Seraphico millies & millies, *O Deus meus! Deus meus! & omnia!* Et illud tibi monitum suggere, &ingere, quo Philippus Macedo se indies à somno excitari voluit. *Surge Rex & hominem te esse cogita.*

---

## S. QUALTERIVS CONFES:

4. Junii.

Qui